Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

facile penitentibus divina clemencia subuenit. Per penitencia indulgencia datur per penitencia delicta omnia abstergunturus. Homo:

Miserum me. spem perdideram. fiduciam amiseram. diffideram animo. fractus fuerat animus. hide spacio pene deciderat animus. Jam regressus sum ad spem. Jam recepi fiduciam. Spem indulgencie iam habeo. De pietate dei spero. De bonitate dei non dubito. habito iam in spe. erexi me ad spem pietatis dedit mihi spe uite penitencia. Si deus igitur respexerit. Si in auxilium mi accesserit. Si ad impletum quod cupio iuuerit. hoc facere decreui. hoc statui. Defixum hoc in animo meo non potest euelli hoc ab animo meo non potest. Ratio:

Deus tibi optata tribuat. deus votis tuis faueat. deus votorum tuorum te compotem faciat. deus votis tuis suffragetur. dum fauente deo agas. dum licet. dum moras moratur. oratione obsecra non tacias. erumpe in uocem exclama fortiter plange iniquitates tuas mala scelerum tuorum deplora que prauc gessisti fletibus dele. Que illicite commisisti lacrimis abluc. ploratas scelera diluunt solent. homo:

Heu miseria infelix anima mirantis peccatis